152

1515. 15 Xbris.

Sigismundus I. Rex Poloniæ
Summo Pontifici Leoni X.

Sanctissime Etc.

Declarabit Vestræ Sanctitati Reverendissimus Dominus Cardinalis Protector regni mei quædam mea postulata pro Monasterijs Fratrum et Monachorum Sancti Pauli primi Eremitæ in regno meo existen. Quæ supplico, ut Vestra Sanctitas benignè exaudire dignaretur, quando quidem, res et justa et decens, nobis esse videtur, et commendamus nos iterum ex corde Vestræ Sanctitati, cupientes, ut felicissime, et præsit, et valeat. Datum etc. ~ Petricoviæ.